Gratiam et pacem in christo, inquam, d. Mellh
et non in mundo Amen. De Apologia N. 49.
silentij vestri alias mi philippe. Hic
nuntius fortuito et repente oblatus
abiturus erat has e Witemberga
acceptas usque ad Nurembergam fe
rendas, potuit expectari ut inde
ad vos venirent donec mitto alias
latinius scriberemus. Ego istas miser
rimas curas, quibus scribis te consu
mi, vehementer odi, quod sic regnent
in corde tuo. Non est magnitudo causae culpa
sed magnitudo incredulitatis nostrae. Nam
eadem causa maior fuit sub Ioan
Huss et multis alijs quam sub nobis.
Deinde ut sit magna, magnus est et
actor et author eius, Neque enim nostra
est. Cur igitur sic perpetuo et sine
respiratione te maceras. Si est
causa falsa revocemus. Si vera
est, cur ergo facimus illum in tan
tis promissis mendacem, quibus nos
iubet esse animo ocioso et dormiente.
Iacta cogitatum tuum super dominum